Prisci Patres David, et Solomon, quorum sententijs se subscripsere Aristoteles et
(29) D. thomas duo aculeorum genera docuere quibus homines ad observandas leges
impellerentur, externum unum et internum alterum: externum est pœna vel
premium, internum est legis amor, et vehemens quædam illi parendi delecta
tio: externum si nihil aliunde sumat, parum pungit, et accendit, non
n. in lege Dni, in qua tantummodo sunt piorum voluntates ut qui die noctuque
illam meditentur; sed sub lege homines collocat, sub qua nullus probus in
venitur: dicente Scriptura iusto non est lex posita, Deinde qui aliqua spe
premij ductus legi obtemperat mercenarius est, de quo scribitur mercena
rius fugit, quia mercenarius est, qui vero pœnæ timore paret, non veré
paret, ut qui peccare non odit, quemadmodum false in carmine legitur
oderunt peccare mali, sed amat, Dehinc timor non diuturnus est, ut di
cebat ille custos offitij, Patet igitur quod externa incitamenta nisi inter
nis adiuncta fuerint, parum ad legis observationem prodesse possunt

Internum autem legis scilicet, amor, licet efficax sit, hominum tamen infirmitate
et imbecillitate factum est, ut non diu citra externum adminiculum con
sistere possit. nam etiam si timor non sit in charitate perfecta scilicet (ut in
telligendum esse admonebat D. Aug.) cum Apostolus subiungat perfecta chari
tas foras mittit timorem . in inchoata aut charitate non solum est timor sed
quodammodo eius est custos, sine enim timore summa securitas vel petulantiam
vel negligentiam parit at vero si hæ geminæ incitationes interna scilicet et exter
na simul iunctæ fuerint, apprimé lex ipsa observabitur. itaque si proposito
hinc canones isti adoptentur erit Sancta Synodus voti sui compos. quæ scili
cet ratio iniri possit, ut Pastores gregem curent.

Ad Primum itaque genus quod est huius sanctæ legis amor et obsequium nihil
est quod æque conducat quam si author legis quis fuerit cognoscatur. Nam
si declarabitur Deum huius legis latorem esse teste Davide ad eius observatio
nem ardentius inflamabuntur homines inquit ille Ignitum eloquium tuum
vehementer, et servus tuus dilexit illud. Preterea hoc nobis a natura insitum
est ut eo libentius promptiusque, obtemperemus, quo qui iubet est nobilior hoc
certe nedum apud Philosophos est, sed etiam apud iurisconsultos qui dum

varia legum discrimina constituunt, ut hae Plebiscita, illa Senatus consulta nuncupentur: ijs nominibus innuunt, quod legis auctoritas vel minuitur vel augetur, et in ecc.^cis legib. nequit inficiari, quod plus ponderis generalium conciliorum canones habent, quam provincialia decreta

Praeterea hoc sic se habere patet ex παροιμια. Qua sacrae utuntur scriptura Verbum, et imperium Regis urget, nam minor principum tantum iussa commovent. sed urgent maior, imperia siquis adhuc heret consulat D. Paulum in Epis. ad hebreas primo secundoque capite inquo legem evangelio comparans hac argumentatione utitur. Quotiens Deus nobis per praestantiorem loquitur, diligentius audiendus est: nunc per filium, et sibi aequalem, et angelis praestantiorem locutus est, ergo illius dicta vehementius oportet auscultare. Est itaque divinae legis hoc proprium tu mandasti mandata tua custodiri nimis, sed donemus etiam ita esse, quod aeque custodiatur lex si humano iure sancitum sit, ac si divino jubet: non est tamen possibilé quod aequé perfecté servetur, nam eo perfectius lex ipsa custoditur, cum magis fini, ad quem instituta est, respondet. Sunt autem maximé diversi fines humanae et Divinae legis, cum humanae sit finis externa politia, Divinae autem caelestis et beata si itaque Divina sit haec lex, et humana credatur, ad humanum finem dirigitur necesse est: quare non perfecté observabitur

Sed esto, quod aequé perfecté, non tamen aequé tuto custodiri poterit, ingens enim periculum est sic sacra humanis miscere, ut humana veluti Divina venerentur, vel Divina ut humana contemnantur. Explicat hoc periculum ex Propheta Dominus Math; XV. cum inquit, sine causa colunt me docentes doctrinas, et mandata hominum, Non damnat his verbis servator noster hominum mandata, ut lutherani blasphemant, sed reprobat cultum, timorem ve Dei mandatis hominum inniti quodque hominum mandata nobilitatis sedes occupent, quae deis mandatis proprie conveniunt. Si igitur praeceptum aliquod humanum veluti sit Divinum veneremur, piaculum est, et ut inquit scriptura, frustra Deum colimus, ac si quod Divinum est, ut humanum sequamur, summa Deum iniuria afficimus. An hoc sit ingens periculum, vos testes apello, et imploro, audivimus enim omnes ab aliquibus assertum hoc in loco fuisse, quod paria sunt Divina humanaque mandata. Non ambigo de fide, rectaque et catholica illorum intelligentia in hac propositione sed de periculo tantum loquor, in quod vocamur, si

quo iure nobis preceptum sit residendum esse, exploratum non fuerit Nam propositio hec, quod paria sint diuina, humanaq; mandata in aliorum ore, quorum fides non esset perspicua non toleraretur, cum prophetis, Euangelio, Diuoq; Paulo. 2. ad hebr. capite repugnet. illud aut quod Luce. x. scribitur. Qui nos spernit, me spernit; qui nos audit, me audit; non conuincit equalitatem sed duntaxat quod non audientes ecclesiam, peccato sunt obnoxij; quodq; tota peccandi ratio est q. Deus ipse offenditur: quod et in propheta legimus, Tibi soli peccaui et malum coram te feci, cum Uriam interfecisset. De D. aut Thome sententia omnibus eius studiosis notissimum est inter humana, Diuinaq; Ius diapason. Nam ubi ex professo hanc rem disputat ut in p.ª secunda in quest. de malo, in. 2.ª secunda quest. 104. apertissimis verbis docet, precepta ob auctoritatem precipientis inequalia. et disparia esse nec sibi ipse contrarius est, cum in. 4.º sententiarum distinct. 40. asseruerit eandem habere efficatiam obligandi, quam preceptum diuinum Namq; non de obligatione, qua peccato quis obnoxius est, sermo erat sed de efficatia ad dirimendum matrimonium. Æqué enim matrimonium dirimebat impedimentum ex auct. ecclesie, sicut ex lege Diuina: Differunt aut hec duo q. Matrimonium non posse consistere ad negationem spectat, que non suscipit magis et minus, et ideo inter dirimentiá matrimonium, inter dirimentia dico, non inter impedimenta, nullum pot esse discrimen Peccatum aut ad genus priuationis pertinet, quod magis et minus suscipit, hinc sicut unus magis et minus eger est, ita magis et minus peccat. Habet preterea Diuina lex igniculos mille, que maximé ad excitanda hominum desideria ualent, quorum summa a Dauide in Psal, 18. colligitur cum inquit lex Dni immaculata, conuertens animas. Habet agnita miram suauitatem, dicente Propheta, Desiderabilia super aurum, et lapidem preciosum, dulciora super mel et fauum, Habet immortales sempiternasq; promissiones, immo promissiones huius vite, et eterne immo et retributiones: Etenim dicebat Dauid Seruus tuus custodit mandata tua, et in custodiendis illis retributio multa. Huius impulsionis energia usus est Moses legibus suis addens. hec dicit Dns

hunc imitatus est D. Paulus qui frequentiſsimé inculcat, Non ego, sed Dñs dicit
ſtozo D. Ioan, Non mandatum nouum (ait) do vobis, sed quod audiſtis ini
tio horũ exempla perſaepe ecclesia imitata est. Sed (ut coetera ommittam) viae
omnium erit concilium sub Clemente Quinto Vienae congregatum nam cum
pluries usuram ecclesia fruſtra prohibuiſset, quemadmodum nunc de residentia
contingit, sanxerunt Pres illam fuiſse Diuino iure prohibitam. Vnicum hoc
remedium ad eam tollendam exiſtimantes Quod maximé ecclesiae profuit.
hoc idem si de residentia sanciretur, eamdem ecclesiae vtilitatem afferet. Nec
ullum uideo in hac re ὕστερον πρότερον: cum ex ratione methodi competiſsi
mum sit concinné tractatione aliquam duob. locis poſse deponi. Concinné itaq;
et commodiſsimé in hoc loco haec res tractari poſset. haec de primo genere. Quo
ad secundum genus ne soli lumen addam, aut acta iam agam, me subscribam

Sen~a Rmi ~mi Ar^pi Granaten.

Licet omnes duodecim illi Articuli fuerint simul propositi tamqm in 3.a seſsione ovium
eorum materia eſsent definiendae, visum est tñ super 4.or primos dicendum
esse a patrib. concilij p.m et non super omnes, quod et factum est,

In Primi aut Arti, ppositione non ea fuerat intentio Legatorum nec id quidem cogi
tarant q de residentiae obligatione iuris ne eſset diuini an tm humani, ser
mo habendus eſset, multis tñ ex prib; statim occurrit sensus ille, et visum est
eis locum datum eſse et opportunitatem rem illam tractandi et definiendi, alijs
uero econtra uisum est non id quaeri nec sub intelligi sub verbis ar.li, quare non pa
rum poenituit legatos ipsos illum ar.um sic proposuiſse, et quantum in ipsis fuit im
pedire conati sunt ne a patribus verba fierent de ar.lo iuxta illum sensum, quod et
adepti sunt a multis, ab alijs uero id habere non potuerunt. Dixerunt ergo imprimis
super eo ar.to et alijs tribus, Cardinalis Madrutius, Priarcha Hierosolimitanus, Aquile
ieñ. et Venetus et Archiep; Naxieñ nulla habita mentione illius rei eſset ne definien
dum, quo iure pastores residere tenerent, iuxta quod admouerant votum pontificis et
legatorum hac in re ete illorũ maximé Aquileieñ. et Naxieñ aliud eſset —
Sexto loco post hos quinq; dixit Archiepus Grannateñ suam sen~am super 4.or ar.lis
his verbis

Quatuor Ar.los super quos sen~as nrãs dicere rogamur primus ille, qui viam et rationem p~e
tit quibus fieri poſset ut Pastores in Ecclesijs suis resideant, maximi est momenti, —

UGR Biblioteca Universitaria

remq; continet arduam et apprimé necessariam, atq; ideo primum merito obtinuit locum in re hac et neg. reformationis ecclesiae faciendae, fundam[m] enim est, caputq; primusq; lapis huius aedificij, nec absq; numine et Dei motione, crediderim, primum illum locum obtinuisse, si namq; ecc[a]. veros pastores, vere ac utiliter residentes super suos greges habuisset, non in tot mala et adversitates et calamitates venisset, inde ergo inchoanda est reformatio unde tanta ecclesiae accidit dessolatio. Reliqui vero tres articuli sic continent res, utiles quidem et expedientes ac suo genere et gradu necessarias, ut tn a praelatis residentibus sua ordinaria potestate et iurisditione, aut si haec non suffecerit addita delegata a summo Pont. provideri possint, (sed nos cupimus) diximus, eo quod crediderim patrum omnium sanctissimorum unum hoc esse votum, et desiderium, hoc idem cupere, desiderare omnes, petere et appetere, ac ideo (inq[a]) cupimus omnes ea imprimis tractari et definiri ab hoc sacro concilio, quae ardua sunt magis et necessaria, et quibus ecc[a]. maxime eget, levioribus in finem dimissis, aut reservatis, eget vero ecc[a]. cum sit velut in extremis et prope interitum, et gravissime aegrotet, remedijs non quibuscumq;, sed veris et arduis, et quae hominum viribus videantur nedum difficilia, sed et impossibilia factu, ijsq; ut instanti[me] adhibeantur veluti aegro iam animam agenti. Nulla deinde est nobis certitudo, quo tpore et quanto hic manere possimus, qn multa possunt evenire ob quae sacrum concilium procedere nequeat, sed et cesare aut recedere cogatur. consulti[m] igit est, si tempus defuturum negotijs timemus (quod quidem iuste et merito timendum est) rebus potius levioribus et minus arduis desit quam gravioribus et apprimé necessarijs, his ergo totis a nobis viribus instant[me] inabendum esset ob id et q adversarij nri imo ecclesiae toto conamine, omniq; diligentia vigilan[me]q; huic rei incumbunt, ut indies fidelium animas seducant, seductasq; iam in suis confirment erroribus, res quidem dolenda est, ipsis sic vigilantibus nos velut negligere, dormire ac stertere, a quibus maxima expectanda esset cura et diligentia. deuerat .n. tot hijs diebus et tanto tpore q[d] tum .3.[a] huic sessioni habendae constitutum est, magnam reformationis ecc[e]. partem decernendam fore. habenda esset demum ratio, quod patres absint a suis ecclesijs et ovibus, cuius absentiae damnum, non alio modo reparari pot, q[m] coi universa

vniuersalis ecc.ª bono et comodo, alias .n. vel breui, et temporis iactura magni no
bis Stimanda esset. Deuenio iam ad p.m illum ar.lum circa quem cogitanti mihi
hic primus sensus, et p.a ratio restituendi ouibus suos pastores, ocurrit, si hodie
finiatur ab hac sancta synodo, quis iubeat seu precipiat pastoribus residentiam
Deus. an homo, chrus an ecc.ª seu pontifex; magni .n. refert hoc scire, pro certo
firmo et indubitato haberi, hoc aut non aliter fieri potest, quam si sancta syno
dus definiat et decernat cuius (ing.) iuris sit hoc obligatio, a quo authore lex
hoc, et preceptum ortum habeat, non est forsam veritas alia adeó necess. et que
in praxim sic requisitam et vtilem dirigat, et quam sciri certamq ēē adeo con
ducat. nec dubitarim plures alias veritates et doctrinas per hanc sanctam syno
dum et alia concilia definitas et decretas esse non adeó expresse in sacris lris
contentas, nec euidentius ex illis deductas, nec expectari pot maior commoditas
huic rei tractandæ ea quam in manibus habemus adest .n. frequentissimus pa
trum et horum quidem doctissimorum et in sacra theologia et vtroq iure conuen
tus, adsunt et quam plures viri doctrina et eruditione excellentes in eisdem facul
tatibus, ecclesia necessitas signum nunc maximé hoc petit remedium, nec alias tm
sequit verorum pastorum residentia, nihil est quod timeamus, non affuturum no
bis spum sanctum in hoc neq tam arduo et nece, nulli non conuenit de hac cer
tum esse veritate, sanctissimi Dni nostri maximé interest, qui omnium pastor est
ouium si illis omnibus suos pastores et vicarios preficiat, grauiter dolendum eēt
si Epi et prelati hanc ignorarent veritatem, quorum scire maximé refert, quin
poterint Epi ignorantia excusari iuris esse diuini ut excusabilius peccent non
residentes quod si ignorare vellent aut nescire, maius haberent peccatum, scanda
lum preterea esset non minimum si res hoc indecisa maneret, qm sermo iam fre
quens habitus est inter patres hac de re, et ad exteros quoq peruenit nulli .n. et catho
lici et protestantes non sciunt rem hanc tractatam iam esse inter omnes, dicentq
dubios nos ēē de hac veritate, et non ausos esse eam definire, quod quidem magnm
nobis et catho.ᵉ ecc.ᵉ pareret ludibrium et irrisionem, iam igit ut meum sensum
aperiam iuxta p.m hunc ar.lum, tria fere arbitror facienda, ut prelati omnes suis ad
sint ecc.is et declarationem hanc iuris seu obligationis sancta synodus faciat pe
næ contra non residentes innouent et augeantur, maximé cum non ille apostolorum

Cap. 37. relatus a Zepherino Papa. qui sic habet. Epus aut presbyter qui negligentius circa clerum aut populum agit, neqz in pietate illos erudit a corone segregator, si vero in ea socordia perseveraverit deponitur. constituantur penaqz in foro conscientie absqz executione ab alio iudi- e incurrant, velut quod non faciant fructus suos, aut illo fore restituere teneantur certam illorum partem. addantur deinde et 3. ipsis residentib. favores et gratie facultatesqz, quo possint utilius et fructuosius residere suumqz munus exercere, ut possint et suos subditos absolvere in foro poli ab omnibus a quibus papa penitentiarij possunt, paucissimi casus reservent. denique illa omnia possint et committantur illis que ad salutem animarum earumdem liberatione apecties, necc. ac expedientia videbuntur. quid .n. uti- lius et melius Epi et summo Pont, excogitari pot confidat E. hac omnia quibus confidit animas ipsas, siquidem et in his omnib. non aliena confert ipsis Epis, et que non sua sint iure divino, sed illa potius restituit, que iure forte alias et merito abstulerat, iure .n. fieri pnt hae casuum reserva- tiones, sed non adeo comunes, nec perpetue esse deberent nec universis prelatis aque omnia prohiberi, non .n. aque omnes demerentur, nec eadem ergo omnes est ratio, cur tot debeant reservari.

Circa 3. alios arlos. nihil congruum magis dicendum mihi occurrit quam quod prelatis illam facientibus residentiam, quam Christus precipit, illa omnia committantur, nec .n. uno modo fieri aut provideri poterunt ubiqz aut in omnibus eccl. et provin- tijs. Eporum ergo arbitrio relinquantur prestita illis facultate, ut in illis omni- bus disponat veluti illis visum fuerit magis expedire.

Alij Patres qui post Archiepum granatensem loquuti sunt varie dixerunt hac in re, multi .n. intelligentes summi Pont, et eius legatorum propensam voluntatem, asse- ruerunt non id queri in illo arto cuius iuris sit residentia pastorum, sed ei necessarie premissa, alias vias queri et peti, quibus possent induci ijdem pastores, ut resideant, et non necesse esse neqz expedire eam rem definiri, sed veluti necessariam premitti. Epus vero Iusnopolitanus dictus Tudesquinus ex proposito conatus est, argumentis et rationibus Ambro. catherini suadere hanc pastorum

residentiam aliorum a summo Pont, iuris tn̄ humani ēē non diuini contra quem alij et prelati dixerunt precipue inter italos clodien Epūs et Mutinen et Ostuney: inter hispanos uero Auxien Almerien et legionen quio omnes oppositam asseruerunt sententiam, et illius rationes confutarunt. et demum maior par prūm in hac fuit sententia ut res haec definienda esset, ut scirent omnes pastores, quoin[?] bente residere tenerent, in qua sententia fuerunt ungari qui omnes erant quatuor omnes et lusitani, hispaniq. Epūs et Parisien. qui solus aderat e gallia et plures itali precipué iuniores et nouiter creati seu moderni. et demum posteaq. omnes patres super hos. 4. ar^los^ suam protulere sententiam. Epūs Telesinus qui erat concilio a secretis, et fuerat in duabus primis partibus concilij dictus Angelus masarelus ... satis est, seu ueritate seu arte aut industria, plures patres obscure suas dixisse sententias ea iure. f. residentie ipmq. non plene eas percepisse, ut posset de eisd fidem facere, qua de re legati iusserunt in plena congregatione iterum omnes patres suas refferre super re illa tn̄ residentie senias, an. s. placeret illis necne rem. illam tractari et definiri per sanctam synodum, et q. forte interuenerat negotium super hac re ipsorum met legatorum cum nonullis ex patribus maximé italis aliqui eorum ita obtemperauerunt suas sententias ut dicerent placere quidem sibi eam rem definiri sumo tn̄ Pont, consulto prius, ipso uero inconsulto non placere qui quidem uiam ad inuenerunt, ut sic res illa differet, eidemq. occasionē forte prebuerat Epūs Torturen qui illud addiderat in sua senie prolatione, placere quidem sibi rem illam definiri, prius tn̄ summo Pont, consulto. ac demum postq. omnes Prēs secundo suas dicere sententias, votorum seu earundem sententiarum numeratio seu computatio comisa est Patriarche hierosolimitano et grannaten Archiepō simul cum Telesino Epō secretario, inuentaq. sunt sexaginta et octo patrum sufragia qui omnes simpliciter dixerant sibi placere rem hanc definiri per sanctam synodum septuaginta uero et unum eorum patrum qui simpliciter dixerant aut sibi non placere aut placere quidem sed consulto sumo Pont, defueruntq. aliqui ex patribus qui huic congregationi non adfuerunt, aut casu aut iusto impedimento seu ex proposito intelligebant .n. omnes displicere summo Pont, eiusq. legatis rem hanc definiri tanq. id derogare non nihil uideretur dignitati Pont, neq. minimum ipsos legatos peniteuerat q. illud ar^lum^ ita proposuisset, econtra uero multi crediderunt non sine numine

numine ac Dei motione factum quod illum sic proposuisent, nihil minus cogitantes quam quod sic intelligi deberet, ut multi intellexerunt, nec dubium quin omnes fere patres in hanc sententiam convenisset, quod illius iuris explicatio fieret per sanctam synodum, nisi dis placere id summo Pont, eius quam legatis cognovissent, mag. n. intercesserat neque ex parte aliquorum legatorum cum multis Epis italorum, ut de hac re nec verbum facerent, fuitque nonullus tumultus et seditio inter patres, in congregatione illa quisque n. suam tuebantur sententiam, et demum sic soluta est congregatio, et legati scripserunt sumo Pont, rem ipsam illiusque statum. ut creditur persuadentes sua sanctitati ut rem hanc tractari et definiri dignaretur, nec posse pretermitti absque max scandalo, Nam et archieps et Praciensis et Epus quinque ecclesiensis. Cesarea Mag.tis oratores hoc idem ex parte Cesarea Mag.tis petierant. (quare videbant legati vix posse hanc rem pretermitti absque scandalo magno et patrum turbatione. qui pro eadem instarent.